

*Qui De-
um dili-
git, om-
nia ipsi
opera i-
psasq;
pœnas
diligat.*

Quem quisquis ex animo diligit, hic non potest non gratum habere quia quid Deus adversus ipsum constituat, exemplo Christi, qui hilari animo crucem suam sustulit, quam sciebat volente Patre suo sibi imponi; unde ait Luc. 12. *Baptismo habeo baptisari: Et quomodo coarctor usq; dum perficiatur?* Quem imitati sūt omnes Ecclesie Martyres, crucem suam cum gaudio bajulantes. Et sane quisquis Deum ex animo diligit, hic vero non potest non crucem suam facile ferre, quam Christi jugum esse non nesciat. Quod si magnes ferri pondus ad se potest attrahere, quid ni celestis magnes amoris divini crucis nostre pondus ad se rapiat, & sensum illi mitiget? Cur item saccarum amaritudinem herbæ & medicamenti potius corrigat, quam dulcedo charitatis divinæ crucis nostræ saporem ingratum & inhumanū? cujus tanta vis est, ut nō aliunde sancti Martyres robur illud incredibile & hilaris suæ constantiæ, quæ ex hoc fonte hauserint, unde suavissimè inebriati pœne ipsorum tormentorum sensum amiserint.

CAPUT XXV.

DE